

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

LXIII. An omnis virtus moralis consistat in medio, quoad nos?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

Solut.

quàm scientias oblivio deleat, obliteretve. Itaq; non semper esse verum, quod Aristoteles ait: Scientias faciliùs oblivioni tradì quàm virtutes. Respon. Aristotelem intelligendum non de eo, quod rarò fit, sed de communi hominum conditione, seu de eo quod plerumq; fit. Quæ rarò accidunt, de iis non potest haberi scientia. Nec ad naturam hominis, qui animal *πολιτικὸν* esse debet, tales mores congruunt, ut quis in solitudine ita degat, ut ferè nihil agat τῶν *πολιτικῶν*, sed totus in contemplando versetur.

LXIII.

An omnis virtus moralis consistat in medio, quoad nos?

Affirmatur ferè.

Medium
in virtute
μεσότης
ἐν πλετῆ
ferè acci-
piendum
est.

MEDIUM duplex est: Rei, seu secundum rem, & Quo ad nos. Medium secundum rem est, quod æqualiter distat ab utroq; extremorum. Estq; secundum proportionem arithmeticam: & apud omnes idem. Sic 6. est medium inter 2. & 10. quia senarius tantum excedit unum extremorum (binarium) quantum exceditur ab altero (denario.) Medium quo ad nos est quod nobis nec excedit, nec exceditur seu deficit. Estq; secundum geometricam proportionem, in quo non servatur æqualis distantia ab utroq; extremorum, sed æqua-

æqualitas rationum. Et non idem est apud omnes, sed per circumstantias variatur. Itaq; à prudente viro judicandum. Diversa enim sunt nostræ vires, inclinationes & temperaments. Sic 6. est medium inter 9. & 4. Quæ enim est proportio inter 6. & 4: eadem est inter 9. & 6. nempe utrobique; sesquialtera. Sicut enim sex continent quaternarium, & dimidium hujus: Sic 9. continent senarium, & dimidium ejus. Jam verò justitia commutativa consistit in medio rei secundum æqualitatem arithmeti- cam. Id medium est velut regula, prorsus æquans inæqualia. In definitione igitur virtutis moralis Aristotelea, quod dicitur ea esse mediocritas quoad nos, seu personale, non est κατὰ παντός verum, nisi intelligatur esse mediocritas saltem, id est, ad minimum, quoad nos, ne Rei prorsus excludatur. At inquis: *Objec.* Quomodo virtus moralis in medio consistat, cum magnanimitas non ad medicres, sed ad maximos honores, & magnificentia non ad medicres, sed magnas expensas tendat? *Respon.* In δόσει καὶ λήσει, id est, tributione, & *Solut.* acceptione magnarum divitiarum etiam μέσων spectandum est, ne ad extrema vitia deveniatur. Idem judica de magnanimitate. Nec medium virtutis consistit in quodam indivisibili, ut puncto: ita ut qui parum à medio declinavit, fiat vitiosus: sed talis tantum fit,

Est medii
quædam la-
titudine intra
quam cõti-

benè sese, fit, qui multum & sensibilibiter à medio re-
benè agere cesserit.
dicuntur.

LXV.

Utrum actiones virtutis sequentes habitum ab
hoc oriuntur, an à voluntate?

Prius affirmatur.

Exerc. 307.
sect. 4.

JULIUS Scaliger de affectibus disputans,
præter cætera, tria hæc affirmat. 1. Actio-
nes, quæ fiunt ante habitum, bonas quidem
esse, sed non benè fieri. Assentior. Propriè
enim loquendo benè agere, *esse*, id est, ha-
bitus est. 2. Non tantùm ex actionum cre-
britate, sed etiam ex paucis benè validis actio-
nibus habitum creati: sicut cavitas fit in lapi-
de non tantùm à multis guttis, sed etiam à re
solida paucis ictibus. Assentior iterum. 3. A-
ctiones, quæ parco jam habitu fiunt, non ab
ipso habitu tanquam efficiente, sed ab eadem
voluntate oriri. Non assentior. Statuo enim
actiones, quæ præcedunt habitum à volunta-
te gubernata intelligentiâ fieri: Quæ verò se-
quuntur, ex habitu prodire. Videtur autem
Scaliger nisi duobus argumentis, 1. Habitus
est forma illarum actionum. Ergo non est ef-
ficiens. Sed antecedens istud ei non do. For-
ma enim est temperatū illud laudabile & re-
ctum, quod in actione illa est. 2. Si ab actio-
nibus fit habitus, & ab ipso habitu fiunt actio-
nes.

des, circula
genere causæ
in natura, ca
pionibus. R
argumentum
fiones post
modi. Atque
nre habitu
habitu verò
ditz action
lucta est, di
habitu verò
tranquill
fectior &
collocat
dior eo.
lis: Actio
tu, oriti a
dita affect
inclinat
habitus
egimus
perficiat

SI He
dloc